ΔΙΑΣΚΕΨΙΣ PHYSIOLOGICA, De MERCURIO MINERALI SEU ARGENTO VIVO.

Quam

Christo Duce, & Auspice Christo,

PRÆSIDE

JOHANNE CONRADO BROTBEQUIO,
Philosoph. & Medicinæ Doctore, & in inclytâ Tubingensi Universitate utriusque Professore Ordinario.

Pro Secundæ Laureæ honoribus ritè promerendis sobriè Philosophantium choro exponit

JOHANNES DETTINGER, Kircho-Teccensis.

In Auditorio Æstivo,

Ad diem 16. Julij,

ANNO

M DC LVIII.

Typis Gregori Kerneri.

VIRO

Canitie venerandâ, meritis, in Ecclesiam DEI undiquaque conspicuo,

DN. CUNRADO HOCHSTETTERO, Ecclesiæ Kircho-Teccens. Protomystæ, ac Vicinatum Superintendenti vigilantissimo, Patrono suo, patris instar filiali observantiâ suspiciendo.

NECNON

VIRIS

Authoritatis gravitate, Prudentiæ eminentiâ, Iudicii dexteritate maximè conspicuis

DOMINIS

PRÆFECTO, CONSULIBUS, UT ET CÆTERIS KIRCHO-TECCENSIUM SENATORIO Ordini Adjunctis Meritissimis.

Dominis Mecœnatibus, Fautoribus & Promotoribus suis Magnis, summâ animi observantiâ prosequendis,

Hanc Διάσκεψιν

in

Debiti honoris τεκμήριον

Constantis observantiæ σύμβολον

Grati animi Διδακτήριον

ad

Æternæ Mnemosynes Aram consecratam

offert

Johannes Dettinger, Auth. & Resp.

Συν Θεῷ.

TUrpis ignorantiæ glaucomate animi noſtri aciem in ſcientiarum apprehenſione obductam eſſe, *Philoſophi hoc effatum, ſi unquam in philoſophantium palæſtrâ fidem venit, ſanè cùm de* Mercurio *ſeriâ mente agendum eſt, veriſſi-um exiſtit. Philoſophi enim uno ore omnes Mercurium eſſe tentur; quid verò ſit tandem, ſi quæras, in dubitationum Syrti-s fluctuantes hoſtiliter inter ſe decertant; Vnde & Chymicorum n paucos mobilis & verſatilis ejus natura hactenus exercuit, ita uidem, ut licet ſcrupuloſâ indagatione in ejus naturam inquirere nati fuerint, parum tamen certi de eâ cognitum habere potue-nt, quantumvis veriſſimum ſit* πολυθρύλλητον *illud, ſeu omnium ermeticorum Philoſophorum ſermonibus decantatum Axioma:* ſſe *nimirum* in Mercurio *(Philoſophico tamen magis, quàm in ulgari)* quicquid quærunt Sapientes. *Plurimis ergò magis in* ἀπορεῖν *quâm* εὐπορεῖν *hæſiſſe datum eſt, non ulteriùs rimantibus, d ſapientiſſimi DEI monumenta mirantibus. Nos quid? an ri-ari, an mirari velimus, incertum adhucdum eſt; utut verò ſit, nabimur aliquid, & Mercurio ſub hujus* Διασκέψεως *incudem ocato, quæ rimari non poterimus, in eo, ſine ſupercilio ſaltem mi-bimur. Tu DEVS Optime Maxime, ut hoc felicibus fiat auſpi-is,* da facilem curſum, atque audacibus annue cœptis,

THESIS I.

SCrutinium ergò aliquod Mercurii, admirabilis illius Hermeticorum Prothei, σὺν Θεῷ, dextrè & cum fructu ſuſcepturi primam laboris artem ex merito *Etymologiæ & Synonymiæ* conſecramus, ne in limine ſta-m anceps ſenſus inſeri videatur. Dicitur autem Græcis ὑδράργυρος, uod nomen derivatur ab ὕδωρ, quod aquam ſignificat, eam ob rationem, uòd liquidus ſeu fluidus ſit inſtar aquæ, tactuque frigidus; & ἄργυρος rgentum, quòd ſc. colore argento ſimilis eſſe videatur; unde Ariſtoteles ἄργυρον χυτὸν appellat, quòd ſc. non argenti vel alterius cujusdam Metal-

li soliditate gaudeat, sed quasi fusum sit ac liquidum. Alio termino
gentum vivum vocatur; Argentum quidem 1. non ob substantiæ & colo
tantùm Argenti liquefacti fusique æmulationem; sed 2. etiam ob ejus
cilem cum argento conjunctionem & permixtionem; & 3. ob veran
perfectam, quæ occulto quodam fit artificio, transmutationem. *Viv*
verò appellatur, quod quasi principio interno agitatum vivat, operat
nesque vitales edat, quarum causa spirituum mobilium copia existit. A
insuper nominibus: *Metallum currens, aqua non madefaciens manus, t
rion minerale, Draco & Servus fugitivus* à Philosophis Hermeticis
lutatur.

II.

Communiter verò *Mercurius* appellari consuevit, quod nominis
sciplinæ Chymicæ Magistri ei imposuerunt, idque ob analogiam quam
bet cum planetâ illo cœlesti, quem Mercurium Astrologi vocitare sol
Sicut enim cœlestis 1. admodum subtilis & mobilis valdè, motuum div
sitate gaudet, omnibusque planetis sese adsociat: Ita & hic noster ter
stris subtilitate seu λεπτομερείᾳ & mobilitatis vivacitate pollet, leviſſim
contactus movetur, aliisque metallis omnibus facilè sese adsociat. 2.
colorem varians modò cæsio, nunc albo, mox pellucido nitêre consp
tur. Non aliter & hic ποικιλόχροος est, & jam hoc, mox alio, alio
colore tinctus visui objicitur. 3. Ut is certâ temperie privatus vers
naturâ gaudet: Sic hic per se simpliciter nullam habens ex diversitate p
parationis diversam temperiem nanciscitur.

III.

Ne autem & error quispiam se immisceat, in ὁμωνυμίας vocal
enodatione paulisper occupabimur. Est autem ratione significatio
Mercurius vel *Improprius* vel *verus*; atque impropriè quando accipitur,
rum duplex animadvertitur, aliter enim *à Poëtis*, aliter à Rhetoribus u
pari certum est. Ab illis *Deorum nuncius* audit, ut Virgilii testimo
constare potest, qui Jovem Jarbæ Getulorum regis precibus fatigatu
Mercurium ad Æneam misisse refert, dum ita fatur:

Æneid. 4.
Tunc sic Mercurium alloquitur (Iupiter) ac talia mandat,
Vade, age, nate, voca, Zephyros, & labere pennis
Dardaniumq; ducem, Tyria Carthagine qui nunc

E

Expectat, fatisq; datas non respicit urbes,
Alloquere & celeres defer mea dicta per auras.

Mercurius à Jove patre ad Argum interficiendum habitu pastorali ...titur, de quo Ovidius:

- - - natumq; vocat quem lucida partu
pleias enixa est, letoq; det, imperat, Argum. *Metamorph. fol. 17.*

...gitur item ab illis *Præses Oratorum, Mercatorum, Deus furum*, de qui... vide Cicer. 3. de nat. Deorum. Item *Deus Literatorum*, unde *Mercu... infans*, ironiâ proverbiali dicitur de eo, qui se rudem alicujus artis ...git, cujus tamen est callentissimus. *Rhetores* verò cum Mercurii no...ne quemquam notare solent, in sensu Metaphorico *ingenium versatile ...idumq;* intellectum volunt.

IV.

Mercurii *veri* enodationem dum suscipimus, iterum duplex nobis ...urrit, is enim vel Artificialis est, vel Naturalis. *Artificialem* eum vo...mus, qui è materiâ, cui Mercurius naturaliter inest, spagyrico seque...tionis artificio elicitur, de potentiâ quasi in actum producitur, & à Ma...æ suæ vinculis atque compedibus in libertatem asseritur.

V.

Et hic rursus duplicis discriminis esse videtur, quem idcircò *in Phi...phicum seu Hermeticum*, & Metallicum distinguimus. Philosophi...n eum innuimus, qui ad Medicinam universalem conficiendam condu... & ex quo adminiculo artis lapis ille decantatus aurificus seu philoso...cus (ut vocari solet) perficitur, quique à Mercurio vulgi seu crudo, ...præparato non tantùm non infimi nominis Philosophorum testimo...; sed & summæ atque excellentis doctrinæ Chymicorum authoritate ...erre dicitur, eò quòd hic debitè imprægnatus & enutritus non fixitate ...tùm summâ gaudeat, sed cum argento vivo communi conjunctus id ...im etiam figat; cùm econtra vulgaris ille volatilis nimis sit, frigidus, ...nidus & indigestus.

VI.

Metallicum eum vocamus, qui tanquam constitutionis materia omni... tàm perfectorum quàm imperfectorum metallorum corporibus in... è quibus arte spagyricâ elicitur & extrahitur, nativoque assimilis esse ...rehenditur. Et hic extrahendi processus tàm facilis, quàm possibilis

 est,

est, ut quamvis rationi & arti repugnare quibusdam videatur, è ration
experientiâ tamen liquidò constare possit.

VII.

Hactenus de Mercurio Artificiali; nunc *de Naturali*, ut paucula
pendamus, antequam ad veram rei tractationem provehamur, restat.
autem is itidem vel Universalis vel Particularis.

VIII.

Et *Universalis* quidem vel extra mixtum, vel in mixto. *Extra m
tum* spiritus mundi esse nonnullis videtur, sive lux illa primigenia, qua
corpus solare contracta, virtutem vivificam, & secretâ fœcunditate do
tam accepit. Hunc Zoroaster & Heraclitus spiritum igneum, ignem
visibilem, mundique animam dixere. Huic per analogiam quand
aër & aqua respondent. Omne siquidem subtile corpus, activâ quâd
virtute præditum per excellentiam ita dicitur.

Phys. rest. can.7.

IX.

In mixto, non est argentum vivum in specie sic dictum, quodque
neralibus annumeratur, sed est principium cum sale & sulphure mixt
constituens; de quo ipse sensus nos certos esse jubet, dum oculi post
naturaliter vel spagyricè factam analysin Mercurium, hoc est, liquidam
spirituosam substantiam deprehendunt; qui itidem philosophicus,
naturalis vocari solet.

X.

Particularis rursus duplex nobis sistitur, vel *1. Cœlestis*, estque pla
tarum penultimus ille, qui ultra 28. gradus à Sole non recedit, subque
lis nimio splendore aut prorsus latet absconditus, aut paululum inde dis
dens ob exilitatem vix observabilis est; Vel 2. *Subcœlestis*, isq; reperitu
in regno Vegetabili, Animali & Minerali. In isto spiritus est subtilis, aëre
seu succus alimentalis summè depuratus. *In illo* est spiritus animalis,
à vitali accipit materiam, & in cerebro elaboratur; præstatque tales u
quos spiritus vitalis non potest edere. Præsente enim vitali in certâ p
te tamen motus & sensus potest tolli, idque propter animalis spiritus
sentiam. At in *Minerali regno* Mercurius nihil aliud est, quàm Arg
tum vivum, unde etiam Mercurius terrestris & mineralis vocatur.
prioribus illis hîc plura differere non est animus; de hoc verò in hâc
strâ dissertatiunculâ solliciti erimus, curiosiori aliquantulum oculo

Hainl. Ast. l.1 p.289.

Geilf. C.14. p.14.

crutaturi naturam, accuratâ, quoad possibile est, definitione expri-
ıdam; de quâ tamen constituendâ primum, per viam geneseos, acturi,
lemque constitutam & elaboratam tradituri sumus.

XI.

Occurrit autem primò statim intuitu Mercurius, quod sit *Corpus*,
materia & formâ ut alia corpora naturalia eum constare nullus non
ıadvertit, & quidem corpus in suâ specie *perfectè mixtum*, cum non
ım ex metallicâ, viscidâ, sulphureâque terrâ exactè contemperatus
usque sit, sed ex aliis miscibilibus quoque conflatus atque unitus,
n mixtionem in resolutione sensus evincit. Est ergò hoc Mercu-
enus 1. *Remotum* tantùm, quia longissime à suâ specie distat, nimisque
rale existit, quod idcircò removemus, cùm aliud sub manum nasca-
scilicet 2. *Propinquum*, quod *Corpus minerale* est, ratione loci, origi-
generationis suæ ita indigitatum, quia in terræ mineris seu metalla-
pecubus ut alia fossilia procreatur ac generatur, sed nec hoc vero
curii Generis nomine venire potest, cùm non de eo in quid, essentia-
& proximè dici possit. Altius ergò nos immittentes *Proximum*
us eruimus, quod *Semimetallum* sive *metallum immaturum, fluidum*
ro quo alii *liquorem metallicum* ponunt, qui tamen tùm idem est,
Metallo fluido seu liquido; Et quamvis ἀκύρως nomine liquoris
niatur, cum nullâ actuali humiditate ea, quæ extrinsecus tangit, infi-
ratione tamen substantiæ eum hoc noëmate describere nihil obstat,
instar liquidæ alicujus materiæ eum fluidum existere ipse sensus
nonstret.

XII.

Generis consequuti notitiam, ad *Differentiæ* inquisitionem nos ac-
mus, cum ea distinctam Mercurii cognitionem infundat; Eam au-
ıt aliàs, sic jam quoque Materiam & Formam primariò absolvere
mamus. Est autem *Forma* duplex, 1. Propria, & 2. Vicaria. *Pro-*
cùm ut multorum corporum nos lateat *Vicariam*, quæ *affectiones*
istamque aliquo modo manifestant, jure, omnium cordatè Philoso-
tium consensu, quin substituamus, nihil obstat.

XIII.

Hæ autem ut liquidiùs distinctiùsque innotescant, sunt vel Commu-
el Peculiares, de quibus jam ordine. Inter *Communes* sunt 1. *Mobi-*
sive *fluiditas*. 2. *Spirituositas* sive *Subtilitas*, quæ prioris causa est,

ignis-

ignisque naturalis copiâ talis existit, hinc servus fugitivus appellatur, c
aurum tanquam Dominum suum instar fumi secum aufert, adeò ut n
ferè aliud sit, quàm spiritus corporalis, unde sub spiritus seu fumi cu
dam volatilis specie vi ignis avolat, altissimeq; elevatur, corporis tamen
formam semper retinet, nec inde alteratur aut corrumpitur, sed facta c
gulatione pristinæ consistentiæ redditur; deinde, spiritualem ejus n
ram cognoscimus ex penetratione metallorum, aliorumque corpo
maximè durorum & solidorum, constat enim, spirituali vi suâ Me
rium corpora metallorum, auri potissimum penetrare, & adeò sibi un
ut utrumque per corium etiam crassissimum exprimi ac pertransire qu
Humani etiam corporis cutem, carnes & ossa subire atque perva
posse Mercurialis unguenti inunctio docet, & quo magis mireris iden
gentum vivum ex universo corpore per aureum annulum ori imposit
attrahitur & recolligitur.

XIV.

4. *Frigus* etiam tactu judice deprehendimus, idque actualiter
dens, non aliter, quam vel aqua Elementaris, vel Crystallus, aut gl
tangentis manum afficerent. 5. *Mollities* quædam, quam partium ab
soliditate ac duritie compactio efficit, argento vivo ad sensum comp
6. *Albedo*, quâ argentum ipsum omninò æmulatur, manifesta est.
ctenus *de externis Affectionibus*. Inter *internas* sunt 1. *Calor*, qui ex
comitante mobilitate pernicissimâ perpetuâque haud immeritò judic
Potissimum verò, ex interni sulphuris metallici substantiâ, quæ exinc
questrari potest, probatur. 2. *Siccitas*, quæ pariter caliditatis, igni
insiti comes existit; cui 3. *Rubedo* se adsociat, quæ ex utrâque illâ
surgit.

XV.

Ad peculiarium affectionum considerationem descendentibu
currunt in argento vivo *vis penetrativa, separativa & mundificativa*
in metallis, quàm in animalibus, unde *istâ* non solùm corpora maxim
ra penetrat, sed etiam per os exhibitum nonnunquam, ἀδήλως κ. ἀνα
τως carnem penetrasse, perque exteriores corporis meatus rursus e
imò & extrinsecus tantum admotum (uti supra innotuit) celeriter s
se, ac omnes corporis humani partes penetrasse, non saltem Langius
Ep. 43. sed & plures alii se expertos esse testantur. *Illâ* substantiar

n unitarum à se invicem dissolvit & secernit. *Hâc* verò Mercurius
nem immunditiei fœditatem tollit ac delet, cauteque adhibitus illitus-
: radicitùs exscindit. Imò etiam extrinsecùs loco amuleti gestatum à
enatis & corruptis halitibus humanum corpus liberat atque repurgat.

XVI.

Insuper se prodit *sociabilitas* cum metallis reliquis, præsertim *cum*
ro, ob singularem sympathiam, ita ut obindè aurum argenti vivi magnes
i mereatur, hinc & in argento vivo solum aurum ex metallis submergi-
. Sympathiam quoque alit cum Mercurio astrali, quæ ex peculiari &
cultâ cognatione oritur. Energiâ pollet vermes,& humores putri-
s expurgandi; Exteriùs admotum pro amuleto, venena ex corpore
cit, corpusque immune reddit. Econtra ex sinistro crudi aut incautè
borati ac præparati usu, noxa gravis infertur, nempe tremor & rigor
mbrorum, intestinorum dolores, paralysis, epilepsia, cephalalgia, syn-
pe, lipothymia, oris & faucium exulcerationes, & alia horrenda sym-
omata, imò tandem ipsa mors. Unde Clariss. Sennertus: *Quæ vim ad-* *cap. 18.*
c purgandi habent, præcipuè Mercurialia, etsi interdum in magnis mor- *p. 364.*
ut hydrope, feliciter exhibita non ignorem: Contra tamen etiam sæpe no-
isse scio. Quapropter cautione opus est, ne Mercurius vitæ Mercurius fiat
rtis, vel Mercurius vitæ æternæ.

XVII.

Circa *Materiam* considerandæ veniunt *1. Species,* 2. & *Proprietates.*
ter *illas* occurrit *1. Materia creationis,* quæ est *terra unctuosa, seu limus*
etallicus, tertio hexaëmeri die creatus, quo videlicet omnia vegetabilia
eata esse creationis historia testatur. Cum verò hæc & metalla analo-
am quandam inter se foveant; utiq; etiam tempore creationis eodem ut
nveniant, veritati congruum est. *2. Generationis materia est eadem*
rra seu sperma unctuosum, peculiariter dispositum, & spiritibus astralibus
npraegnatum, viqve multiplicativâ donatum à DEO, ad creati jam cor-
oris continuationem in suâ specie. *3. Constitutionis* materiam præbent
lementa, quæ remotè, ut in aliis corporibus constituendis; sic hîc quo-
ue concurrunt, non igitur nudè, sed cum aliis principiis magis speciali-
us, nimirum cum Sale, Sulphure & Mercuurio, quæ *propinquam mate-*
iam constituunt; *proximam* autem constitutionis materiam absolvere
idetur spiritus subtilis & vaporosus, in quem proximè Mercurius resolvi

B potest;

poteſt; hinc corpus ſpirituale & ſpititus corporalis vocatur, Elemen
que ſingula debitè invicem adæquata in ſuâ ζωματοψυχία continere
citur.

XVIII.

Proprietatum materialium rationem expenſuris occurrit 1. *Pon*
ob nimiam partium conſtipationem, *auro proximum*, quod ſenſu conſ
dum cætera metalla ei injecta non merguntur, aurum verò ſtatim ſubſ
& fundum petit. 2. *Lubricitas ac Levitas*, ab exquiſitâ partium æquab
tate in ſuperficie producta, quæ itidem ſenſu conſtat, dum leviſſimè c
tactus Mercurius effugit & elabitur. 3. *Viſciditas*, ratione humidi me
lici, quæ licet actu & ad ſenſum non ſtatim appareat, deprehenditur tam
ſi accedat ejus aliqua præparatio. 4. *Denſitas*, ob partium palpabilium
ctè conſtipatarum & continuatarum cohæſionem, ſine ullo hiatu. 5.
ſolubilitas à calore, ratione ſubtilis & ſpirituoſæ Subſtantiæ nondum e
ctè mixtæ & fixatæ ſeu compactæ.

XIX.

Hactenus de iis, quæ *Differentiam ſpecificam* primariò, nunc de
quæ *ſecundariò* eandem *abſolvunt*, dicendum reſtat. Sunt autem ea 1.
ciens, & 2. *Finis*. *Efficiens* ſub ambitu ſuo complectitur *cauſam* & pro
ctivam & manifeſtativam. *Productivam primam* Deum eſſe neminem
audaciæ impiè deſcenſurum exiſtimamus, qui negare auſit, cùm ſub
ſcentis mundi primordiis omnia, mineralia quoq; & metalla, & cum hi
Mercurium noſtrum omnipotente verbo condiderit. Interim tamen
cundam ei non denegatam volumus, quam rurſus in *univerſalem* & pa
cularem diſpeſcimus, illam *aſtra dicimus*, eisq; ſecundariò production
adſcribimus, Soli potiſſimùm atque Lunæ illi calido, huic verò hum
ſuo balſamico generationis materiam diſponentibus. Hanc aſtrorum
corporibus producendis virtutem, vel ſola animalia ex putredine, ut v
gò loquuntur, progenita edocent, ita ut prolixiori demonſtrationi
ſuperſedeamus, cùm neminem tàm albæ mentis eſſe arbitremur, qui id
gatum ire velit. *Particularis* iterum duplicis eſt diſcriminis, ea enim
principaliter vel *inſtrumentaliter* Mercurium producit, cui ritè rectè
oſtendendæ etiam intenti erimus.

XX.

Cauſa principaliter agens *Forma* eſt, quæ ſola facit, ut Mercurius,
verò aurum, ſal, aut aliud minerale producatur. Hanc omnipotens C

it cuivis speciei, sic Mecurio quoque in primævâ rerum creatione in-
t, cujus Formæ virtute Mercurius, ejusque seminalis materia etiam
creationem continuando & propagando conservari queat, nec enim
as species Universitatis Effector producit. Hanc verò Formam cau-
rincipalis vicem sustinere probat unitio, opus enim est aliquo efficien-
terno, quod in ordinem redigat miscibilem Mercurii materiam, non
lem hinc illinc convocando, sed jam convocatam, adhuc tamen indi-
am uniendo, quod autem nulli, nisi alicui agenti interno, quod forma
adscribere possumus. *Formæ enim,* inquit Sennertus, *sunt principium* *de con-*
num & immutabile, quod omnes actiones & paßiones rei naturalis de- *sens.*
ninat, & sunt quasi instrumentum ac manus sapientißimi Creatoris ac *cap.21.*
ficis DEI, qui hanc vim & efficaciam his suis instrumentis, quibus nihil
irabilius excogitari potest, largitus est in creatione.

XXI.

Hæc denique forma specifica *instrumentalem* aliquam exposcit, quam
aliam agnoscimus nisi *spiritum metallicum*, seu principium seminale,
calore proprio, vi formæ Mercurium producentem. Hunc spiritum
orem innatum esse Galenus scribit, quem etiam in animali corpore na- *de simp.*
m spiritum nominamus, qui est substantia quædam tenuissima & sub- *Met.*
sima, quæ ad rerum constitutionem pertinet. Hâc forma tanquam *fact.*
cipuo instrumento ad actiones suas obeundas, Mercuriumque seu *cap. 9.*
gentum vivum conficiendum & producendum utitur, hinc in iis saltem
s generatur Mercurius, ubi spiritus in seminario suo Mercuriali præ-
s est.

XXII.

Huicce internè productivo accedit *externè 1. Mineræ spiritus* cum ca-
e & vapore Minerali peculiariter appropriato, minera nimirum, nil
d, quam naturalis focus ac officina est, in quâ genuinus quilibet fœtus
elaboratur, & conservatur. *2. Frigus* etiam circumstans, ita tamen, ut
or potentialis simul conjunctus operetur, cùm enim factâ digestione
or materiam depuravit, eamque per crudi & impuri separationem, puri
rò congregationem elaboravit, tunc unà frigus accedat, oportet, ut
od jam integrè depuratum, sed adhuc tenerum, ac molle est, postmo-
m frigoris adjumento duriorem ac durabiliorem indolem vestemque
ciscatur, quo sese adversus externas injurias fortius præmunire
eat. Interea tamen internus calor, interiorum quoque partium con-

 cretio-

eretionem atque constantiam egregie siccando molitur atque juvat.

XXIII.

Modus autem *producendi* ita se habet: Sperma argenti vivi unctu sum, & adhuc inelaboratum, quamprimùm in mineram sibi convenie tem delatum, vel in eodem generatum est, porosque illius replevit; m præsens illius mineræ spiritus, in sperma illud alterando & coquendo a re contendit, cui demum forma intùs abscondita, nunc verò spiritu loreque suo proprio excitata, obviam it, amico se fœdere jungit, spiri illius externi ministerio scitè ac ritè utitur, totumque adeò opus regit, rigit ac perficit, donec humiditas spermatis Mercurialis uberior, cùm p tibus sulphuris ita exæquata, atque unita sit, ut neutra prædominetur, sese invicem æqualiter contemperent. Sulphur enim Mercurii humi tatem ligat, ut quodammodò consistens reddatur, nec corpori adhær per contactum; vice versâ autem humiditas Mercurialis siccitatem s phuris irrigat, ne prorsus cogatur ac induretur; Atque sic argentum vum, semper fusum & sine madore huc illuc volubile enascitur.

XXIV.

De *Efficiente* productivo cum hactenus egerimus, *manifestativum* paucis perstringamus, restat. Est autem manifestativum, vel 1. *per Eff sionem* ex fodinis & mineris, unde interdum purus & jam separatus, utpl rimùm tamen crudus, terræque minerali commixtus eruitur. Vel 2. *Separationem*, sic arte Chymicâ ex minio, Cinnabrio, antimonio, cæter que metallis elicitur.

XXV.

Jam ad illud membrum, quod cum causâ efficiente productivâ & m nifestativâ *secundariò differentiam specificam absolvit*, quod *Finis seu U* est, provehimur, de quo licet latissimus differendi campus nobis aperiat nos tamen pagellarum angustiæ memores pauca eaque præcipua salt brevibus prosequemur. Est Ergò Finis alius per se, alius per accidens.

XXVI.

Finem seu Usum *per se* 1. in *Medicinâ* Mercurius maximum habet, vires præmemoratas, eumque vel Externè, vel Internè in eâdem exerc *Internè* Argentum vivum purgat, interimit vermes, febres intermitten curat; & cuivis morbo à cruditatibus frigidis humidisque oborto succ rit, sed non nisi dextrè præparatum id præstabit, interdum tamen crud

quoc

que exhibetur, sine noxâ, contra vermes & constipationem avlinam. *rnè* ejusdem usus est adversus luem Gallicam, pestem, catarrhos, & ul-, si modò ut periaptum per os exhibitum; modò ut emplastrum vel ientum, vel pulvis applicetur, & in usum veniat, id quod authoritates stimonia multorum Excellentissimorum totius Europæ Medicorum idè confirmant.

XXVII.

Usum suum 2. etiam diffundit *ad Chymicos*, quandò ex eo Mercu- Philosophorum & menstruum universale pro auro conficiendo eli-, sed vanâ forsan spe desudant. Vel etiam coagulationem & fixatio- ejus in argentum sibi spondent. Est insuper argentum vivum apud yricos fœcundus transmutationis agellus, in quem si auri tinctura iciatur, aureus ipse totus evadit. Hujus transmutationis specimen ysopœus quidam (cautè postea se subducens) nuperis annis, spectan-somet gloriosissimo Cæsare Ferdi nando III. Pragæ edidit. Ex quâ smutatâ massâ Imperator nummum aureum cudere, ærique insculpe-ussit, cujus semidiameter hâc extat ———————————— longi-ne. Crassities digitum fermè adæquat. Inscriptio ex unâ facie ta-egitur: *Divina Metamorphosis exhibita Pragæ XV. Ianuarij, Anno* DC. XLVIII. *in præsentiâ Sac. Cæs. Majest. Ferdinandi Tertij.* Medium occupat Apollinis simulachrum solari facie, cytharâ & Mercurii ca-eo insigne. Alteri faciei hæc insculpta sunt verba: *Raris hæc ut homini-st ars: ita rarò in lucem prodit. Laudetur DEVS in æternum, qui par-uæ infinitæ potentiæ, nobis suis abjectissimis creaturis communicat.*

XXVIII.

Per accidens Finis, & Usus est *1. Scholasticus*, unde in Scholis hoc tri-auditur proverbium: *Hydrargyro furacior*; cujus paræmiæ origo eò rtur, quòd vivum argentum cuncta, quæ fusilia sunt metalla, recipiat se rapiat, comprimis verò ignobilioribus, sibique innatantibus me-s rejectis aurum devoret & abscondat; haud secus furum se habere in-um, quod potissimum auro insidietur. Quo adagio eleganter usus refertur Joh. Zezes, Præsulum sui temporis sordidam avaritiam no-:

ὑδραργύρȣ γὰρ εἰσὶ κλεπτότεροι τοῦ κλέπτȣ. *Iun. Adag. Cent. 7. 16.*

Id est:

Furaciores sunt fure hydrargyro.

 Huc

Huc quadrat, etiam adagium: *Mercurius infans*, supra §. 3. adductum explicatum. Germani, quando inprimis opes malè partas notare volu hoc circumferunt: *Est res hydrargyro fugacior*; Es verschwindet oder f het davon schneller als Quecksilber.

XXIX.

2. *Mechanicus usus*, evidens est, quando argentum vivum aurifab pro inauratione vasorum, operumque argenteorum inservit, neque en argentum vel æs auro obduci incrustarique potest nisi argenti vivi m nisterio, quo uno obsequiosum fit ac tractabile, factâ ex illo & auro ma quâdam, quæ Amalgama vocatur; quâ διαχρύσωσιν suam perficiunt. T ceo alia plura.

XXX.

His jam præmissis & perscrutatis, genuinâ emergit *Definitio*, quæ lis est: *Argentum vivum est metallum immaturum & fluidum, ex sperm seu limo suo unctuoso, vi formæ suæ specificæ productum, usibusq; humanis riè inserviens.*

XXXI.

Hâc ergò inventâ & constitutâ *Divisioni* nunc restat, ut & loc concedamus. Est verò ea non uniusmodi, dividitur enim argentum vum vel 1. *ratione specierum*, vel 2. ratione *Efficientis*, vel 3. denique rat ne *Qualitatis*. Ratione *specierum in simplex & purum*; *& Mixtum*, *Impurum* dispescitur. *Illud* est, cui nihil metalli maturi vel mineralis jusspiam admixtum est, quale ex mineris suis nonnunquam per se & sol riè eruitur. *Hoc* verò est, quod vel meri metalli substantiâ jam impræg tum est, quod fit in mineris diversis auri, argenti, cupri, plumbi, &c. mineram quandam admixtam habet, nempe cinnabrium, minium, a monium, arsenicum &c. hinc argentum vivum aliud solare, lunare, timoniale, &c. appellatur.

XXXIII.


Ratione *efficientis* Argentum vivum vel Nativum est vel Factitium. *tivum* itidem duplex, vel enim 1. *purum*, quod sine excoctione in min reperitur, ein recht vnd natürlich Quecksilber. Vel 2. *Crudum & r* quod nondum à matrice & terrâ minerali, in quâ generatum, & cui c mixtum est, separatum & excoctum existit, das noch in seinem Ertz *Factitium* etiam duplex 1. *separatum & excoctum*, vel ex terrâ suâ min

el ex ipsis metallis extractum, quod tunc Mercurius corporum voca-
i Chymicis. 2. *Præparatum*, cujusmodi est argentum vivum calcina-
, præcipitatum, sublimatum tàm corrosivum quàm dulce, destillatum,
actum, liquatum, & salificatum, quorum processus scire amantem ad
osophos per ignem appellatos ablegamus.

XXXIII.

Tandem ratione *Qualitatis* Argentum vivum est vel *Nobilius*, *ope*
aturæ, quod est Hispanicum & Ungaricum, cujus indicia sunt, quod
Retortam actum nihil fæculenti & sordidi relinquat, & in cochleari
iis exposito evaporatum flavam aut albicantem maculam relinquat.
rtis, quando 1. *expreßione* per corium, 2. *lotione* per acetum ac lixi-
, 3. *destillatione* repetita solitariè vel cum metallis perfectis cohoban-
urificatur ac defæcatur. *Ignobilius* est, quod nec naturâ nec arte depu-
m, sed vel insita, vel adscititiâ, ac adhærente adhuc fæcum leprâ
inatum jacet. Sed manum de Tabulâ: Hæc quæ de Mercurio qua-
ali mentis acie contemplati sumus, faxit Ter Opt. Max. ut cedant in
sui Nominis gloriam, debilisque intellectus nostri
perfectionem.

F I N I S.



Ad egregiè eruditum Dn. Reſpondentem,
Philoſophiæ Candidatum.

AUrum ut Mercurii furacis præda cibusque eſt:
Sic doctrina tui eſt balſamus ingenii.
Hujus ſis magnes auri furaxque voraxque,
Aureus exurget ſurculus inde tibi.

A. e. f.

Pr

QVæ labor aſſiduus, tacitoq́ modeſtia vultu
Commeruit, tandem digna brabeja feres!

Amica manu

ſcribebat

M. Johannes Ha
SS. Theol. Stud.